

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Speculum Quaestionum moralium, in universam  
Aristotelis philosophi summi Ethicen**

**Case, John**

**Francofurtum, 1597**

**VD16 C 1242**

Cap. IIII. - An vera amicitia incipiat à seipsa? [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-109038](#)

*An vera amicitia incipiat à seipsa?  
An benevolentia, concordia & beneficen-  
tia sint proprietates veræ ami-  
citur?*

Charitas in-  
cipit a se.

**V**T vetus illud, est quòd charitas in-  
cipiat à seipsa: ita verum quoque est  
(vt hic pluribus probat Aristot.) quòd a-  
mititia ex iis, quæ ad seipsum quisq; facit,  
Amicitia ori-  
tur ex iis quæ  
oriatur. Nihil sanè homini optatius est,  
ad se quisque  
facit. charius nihil, quām vt ipse benē & beatē  
viuat. Hinc illud sapientis elogium, Pro-  
ximus sum egomet mihi. Sed quæ tan-  
dem illa sunt in homine, quibus, vt ita di-  
Tresproprie-  
tates veræ a-  
& insinuantur, & postea distinctè tractan-  
tūt ab Aristotele, nimirum, beneullen-  
tia, concordia, & beneficentia: beneullen-  
tia vt seipsum diligit, concordia vt  
sibi constet, beneficentia vt sibi consulat.  
Hæc quidem dicuntur respectu uniosis  
& amicitiarum, quæ est mentis cum corpo-  
re: vnde tria sunt præclaræ dicta philoso-  
phiæ in hoc capite, Primum, quòd viri bo-  
ni sit in votis habere se bonis affici, sic  
sibi

Tria præcla-  
ra dicta phi-  
losophi.

Sibi benevolus: alterū, quòd conetur si-  
bi constare, sic secū concors & vnanimis:  
postremum, vt mentis suæ causa hæc o-  
mnia agat, si sibi beneficus esse videtur.  
Est inquit vir bonus sibi norma vitæ, est  
mens sua quisq;. quid enim aliud est res  
quælibet quam forma? quid homo nisi  
mens sua? quid aliud mentis vnio cū cor-  
pore quam animi eiusdem facultatum  
cum potentiis corporis quædam amici-  
tia? Ex his constat charitatem & amiciti-  
am à seipsa incipere & inchoari, ex qua  
etiam in alium (qui alter idem est) fluēte  
vera & perfecta amicitia oritur, cuius vis  
& proprietas est duos in vnu veluti trans-  
formare. Nam vt surculus pomi aut alte-  
rius plantæ in piri trunco insitus & inser-  
tus, vnam eandemq; naturam cum piro  
per influentiam à radice suscipit: ita vnu  
homo diu associatus alteri tandem per  
mutuum animorum consensum ac be-  
nevolentiam, eandem mētem sic indu-  
it, vt alter in alterum omnino quasi com-  
mutetur: quod cum fiat, tum amicum vt  
seipsum diligit, tum cum amico vt secū  
concordat, tum amico vt sibi consulit, id  
est

Amicitia  
duos vnit.

est benevolus, constans; & beneficuſ ſuō fideli amico ſemper exiſtit. Sic vides à te ipſo amicitiam ortam, & in alterum, qui

Amicus in a-  
amicum ver-  
ſus ab eo non  
videtur eſſe diuerſus.

eft alter idem, vi quadam amoris ſic tan-  
dē transuſam, vt tu in alium uerſus ab a-  
lio diuerſus nō videaris. Hinc illud recte,  
diuerſus.

*Alter ego niſi ſis, nec eris mihi ueruſ amicus,  
Ni mihi ſis vt ego, non eris alter ego.*

Amicitia cur  
nequeat eſſe inter malos.

His positis & confirmatis, sapienter concludit philofophus, quod nefari ac

ſcelerati hoc modo nō poſſint eſſe ami-  
ci, quia, vt inquit, ſecum discordant, quia  
ſibi non ſtudent, quia ſe non diligunt,  
imò hoc vnum addam, quia ſe odio po-  
tiuſ quam amore profequuntur. Nam vt

concludam cum Aristotele, audi iſum

Improbis loquentem, Qui multa & grauiſ ſcelera-  
derunt, & propterea admiferunt, improbitate vieti & ſe ode-  
lios diligere runtiſi & vitam fugiunt, mortemq; ſibi  
non poſſunt. iſiſ ſepiſſime cōcifunt. O quantæ ſunt

furiæ ſcelerū, quibus tam miſerè conſci-  
entia cruciatuſ. Concludit ergo, quod  
tales nemini officium amicorum perſolu-  
ant, qui ſeipſos oderint, quiq; ppter im-  
probitatem morum ſecum diſſident &  
diſcordāt: qui enim aliū diligit qui ſe-  
iſum

ipſum non  
quoniam  
treſillas p  
riſtoles,  
funt, non

Probatur q  
micitia ve  
incipiat à  
pla, prop

Proprie  
tēs ſunt,

Op  
Amic  
neſſici

Ifar  
ſuare co

ipsum non diligit? De altera quæstione  
quoniam in tribus sequētibus capitibus,  
tres illas proprietates amicitiae definit A-  
ristoteles, plura hīc quām quæ disputata  
sunt, non dico.

*Distinctio primæ questionis.*

- |   |  |
|---|--|
| Probatur q. a-<br>amicitia vera<br>incipiat à se-<br>pla, propter | Occultam vim naturæ, quæ sibi in o-<br>mni animante primum salutem &<br>bonum querit.<br>Legem rectæ rationis, quæ id ipsum<br>præscribit.<br>Unionem animi cū corpore, quæ per-<br>fectè amicitiae speciem habet.<br>Proprietatis veræ amicitiae, quæ homi-<br>nem maximè in se ipsum flectunt. |
|---|--|

*Distinctio secunda questionis.*

- |                             |  |
|-----------------------------|--|
| Proprieta-<br>tes sunt, vel | Benè velle,<br>Primariæ, vt { Consentire,<br>Benè facere.<br><br>Minus pri-<br>maria, vt { Simul viuere,<br>Eisdem rebus studere.<br>Labentem amicum con-<br>filio emendare. |
|-----------------------------|--|

*Opp. contra primam questionem.*

*Amici est beneficia tribuere: sed nemo potest sibi be-  
neficia tribuere: ergo nemo potest sibi esse amicus.*

*Resp.*

*Ista res proprietates bene velle, sibi cōfciare, & bene-  
facere considerantur vel naturaliter, & sic homo sibi  
est*

est maximus amicus, aut moraliter, & sic ad aliud dici.  
tur amicitia, qua tamen ab ipsa natura vim ortu*g* pe-  
tit. Respondeo igitur ad argumentum, quod homo sibi  
beneficia tribuat, id est, ut natura & lege recta rationis  
id sibi quod est optimum meditetur efficere.

Opp.

Amicitia se habet ut iustitia: sed iustitia est semper  
ad aliud: ergo & amicitia.

Resp.

Verum est, si moraliter & perfecte intelligas, at si  
naturaliter & inchoate consideres, non item.

Opp. contra secundam que-  
stionem.

Multa sunt aliae proprietates preter istas enumera-  
tas: ergo male tres solum hic recensentur.

Resp.

Tres sunt primariae, sed minus primaria multa, ut  
antea in distinctione ostenditur.

Opp.

Benevolentia dicitur in secundo capite principium  
amicitiae: ergo non est proprium.

Resp.

Naturaliter sumpta est principium, moraliter sum-  
pta est quoddam consequens & proprium.

CAP.